O malum, quis frenum tibi iniiciet? quis te calcabit? quis te effugiet? effugit Alexander Macedo Aphricæ timor, Europæ terror, Asiæ Imperator Gazam strenuè obpugnans barbari sibi insidiantis expertum gladium parvâ corporis declinatione, sed non effugit Clyti et aliorum malevolorum linguas, quâ de causâ meritas interdum sustinuêre pœnas, sola prodeat Moysis soror Maria quæ Moysen fratrem suum germanum occultè detractionis dente et lingua lacessivit confestim à Deo Omnipotente insanabili lepra percussa est. magnum hoc malum Auditores, sed maius quod sequitur, esse censeo, nam Theophrastus Eresius in notandis hominum vitiis et naturæ varietate in primis acutus et solers, exquisito plane iudicio non dubitavit affirmare dicens, potius esse fidendum equo infreni, quàm verbo

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 222r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/222r)